



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 69. Parisinæ Facultatis Theologicæ Censura adversus Joannis Kuntvathi
librum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII.
A. C. 1625.

Cæsarisque favore tutus Abbas, integram redituum possessionem sibi vendicabat. Verum quinto post anno Cænobitæ a Spirensi Judicio tanquam Archiepiscopo subjecti parere, atque ab implorando exterorum Principum patrocinio desistere jussi fuere: Hac igitur sententia fretus Archipræsul, Religiosos sub arbitrium obsequiumque suum adigere intentus, eos expellere statuit, qui tamen Electore ab Hispanis capto reversi sunt, quamvis postea anno Christi millesimo quadragesimo sexto idem Philippus Archiepiscopus ex captivitate redux illos, qui eidem tanquam Commendatori subjectionis juramentum exsolvere recusabant, armata militum manu e choro abstractos, cellis inclusos, mutuoque congressu prohibitos inedia ad obsequendum impellere conatus est, aqua tantum & pane, eoque sat parce subministrato: Demum vero omnibus, cum constantes suo juri inhaerent, e monasterio & Ecclesia eliminatis, totaque Diæcesi exulare jussis, alios Religiosos e Prumia evocatos substituit.

§. LXIX.

Parisiæ Facultatis Theologicæ censura adversus Joannis Kuntvathi librum.

O 2

Edi-

Sæc. XVII. **E**diderat quidam Lipsiensis Theolo-
 A. C. 1625. gaster librum, quem inscripserat:

*Argentre
 coll. Jud.
 t. 2. p. 163.*

Amphitheatrum Sapientia &c. cum au-
 tem nonnulli in eo pernicioſa, blas-
 phema, impia, atque in fide periculofa
 contineri, Sacræ Facultati Pariſienſi
 ſignificarent, hæc eundem librum tri-
 bus Sorbonæ Doctõribus examinandum
 commiſit, quorum iudicio in comitiis
 propoſito eadem Facultas die prima
 Februarii ſequentem tulit cenſuram die
 prima Martii confirmatam: *Univerſi
 Catholicæ fidei cultoribus ſacra Theologia
 facultas Pariſienſis. Quoniam eo ipſo om-
 nia probare, quod autem bonum eſt tenere
 debemus, ne, dum hæreticæ pravitate anti-
 dotum quærimus, ſecreta Diabolicæ im-
 pietatis arcana admittamus; ideo cum pau-
 cis abhinc menſibus ad Catholicorum manus
 perveniſſet pernicioſiſſimus quidam Liber
 primo nonnullis, deinde pluribus variarum
 Scripturæ Sacræ Sententiarum per gradus
 Septem explicationibus, ac demum Corol-
 lariis aliquot conſans, cui Titulus Am-
 phitheatrum Sapientiæ æternæ Solius
 veræ Chriſtiano - Cabaliſticum Divina
 magicum, necnon Phyſico Chemicum,
 tertrimum Catholico, Inſtructore Kun-
 vath Lipſ. Theoſophiæ amatore fideli,
 & medicinæ utriuſque Doctõre. Hinc
 Præſata Theologiæ Facultas ſingulis per
 nonnullos ad hoc ſpecialiter deputatos Do-
 ctõres*

dores ad amissum perlectis, & examinatis, Sæc. XVII.
 omnium Magistrorum consensu, censuit, A. C. 1625.
 tam explicationes illas ut sonant, quam
 Corollaria prout jacent, tum Librum ipsum
 esse dammandum, maxime quod impietati-
 bus, erroribus, hæresibus scatens, & con-
 tinua locorum Sacræ Scripturæ profana-
 tione Sacrilega contextus, augustioribus
 etiam Catholicæ Religionis mysteriis abu-
 tens, demum Lectores ad secretas, scelera-
 tasque artes sollicitet. Quare pestiferum
 opus nec sine fidei periculo, aut Religionis
 detrimento, vel pietatis damno passim legi,
 neque tuto in publicum divulgari posse
 judicavit.

§. LXX.

*Trecoriensis Episcopi contentio ad-
 versus suos Canonicos.*

Anno priori Guido Trecoriensis Epi-^{Argentre}
 scopus in Britannia minoris Pro-^{l. c.}
 vincia quædam ediderat Statuta Syno-
 dalia, in quibus nonnullos casus suæ
 reservabat jurisdictioni, reclamante suo
 Capitulo: cum autem Episcopus rem
 suo arbitrio decidere nollet, die vige-
 sima quarta Januarii datis ad Gama-
 chium Professore Regium literis de-
 super iudicium Facultatis Theologicæ
 postulabat, exponens, quod i. publi-
 cam Blasphemiam juxta Turonensem
 O 3 Sy-